



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De  
Eiusdem Ecclesiae Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.  
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpurga. Commentarius  
nunc primum evulgatus**

**Philipp <Eichstätt, Bischof>**

**Ingolstadii, 1617**

Præfatio specialis in S. VWillibaldi vitam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

piissima Theologica virtute in Deum, ut permisit humana fragilitas, iugiter ferebantur.

Hebr. 11.

Item aduertendum est, Fratres dilectissimi, quam reuerentiali studio honorandi sunt, qui Ecclesiastici gregis quondam ductores, doctores & pastores fuerunt: nunc autem intercessores, & in futurum eosdem expectamus iudices. Et hi omnes testimonio fidei probati, memoria iustorum, que eterna est, non immerito dignificantur, inuenti in Christo IESU Domino nostro, cui est honor & imperium in secula seculorum. Amen.

INCIPIT PRÆFATIO EIVSDEM PHILIPPI IN VITAM SANCTI WILLIBALDI EPISCOPI & Confessoris.

S. Willibaldus,  
ab omnibus  
colendus.

**I**X his que charitati vestra, Fratres charissimi, de communi veneratione Sanctorum prælibauimus, liquidò clarere potest, quomodo B. Willibaldus Aureatensis Ecclesie Præsul eximius, in S. Pontificum numero laudabili, & merito ineffabili refulgens, à cunctarum linguis nationum, quibus tatum sancti-



sanctitatis eius nomen insonuit, dignè glorificandus existat. Verùm à nobis, qui pane eius vescimur, ac de grege posteritatis tam egregij pastoris supputamur, puriori laude, & reuerentiali magis honore decet ut sublimetur: præsertim cum gleba sanctissimi sui corporis pretiosa nobis commanens in Ecclesie gremio supradicta, quæ sibi inchoatiuè & consummatiuè appropriatur, reuerenter \* sarcophagata confoueat<sup>r</sup>. <sup>Præcipuè ab Eystettensibus.</sup> <sup>\* sepulcra.</sup>

Sed quia dulci modulatione, nec minus ordinabiliter nomen præferenda sanctitatis præfati Præsulis hoc in loco inuocatur, verbo nihilominus sanctæ prædicationis competentè annunciat<sup>r</sup>, à turbis etiam populorum pia sedulitate frequentatur: restat ut ea, quæ de ipso sparsim & diffusè in diuersis codicibus scripta reperiuntur, emendatiori stilo sollicitius in unum opusculum aggregentur. Igitur ob honorem Domini nostri IESU Christi & laudem, ac tanti Pontificis commendationem, ac nostræ salutis promotionem præfato operi, Deo fauente, & vita comite, operam libenti animo impendemus. Inuocato ergo

Commetarius iste ex variis antiquis monumentis congestus est.



nomine IESU Christi, qui Christus finis & consummatio sermonum legitur, virtus, sapientia, & verbum Patris predicatur, humiliter petimus, ut qui cœpit in nobis opus bonum, secundum piæ voluntatis propositum, effectuosè perficiat, & ad sua laudis incrementum IESUS Christus, qui est salus & vita, honor & gloria, decus & corona Sanctorum omnium.



INCIPIT VITA BEATI VVILLIBALDI AVREATENSIS SIVE EYSTETTENSIS ECCLESIE EPISCOPI, ET PRIMO DE SANCTA eius genealogia.

CAPVT PRIMVM.

**D**igitur B. VVillibald<sup>o</sup>, gloriosus Pontifex Aureatensis Ecclesiæ, quæ modò Eystettēsis vulgato magis nomine nūcupatur, primus ac summus Antistes fuisse certa ratione deprehenditur: cuius mirificæ sanctitati opera